



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Vtrum omnes angeli corporei sint. A

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

si ab eis permittantur: quia ille non p̄mittit à q̄ est illis talis naturæ modus: qui etiam per angelos suos illa plerūq; non p̄mittit, quæ concessit ut possint.

*De potestate
demonum
quam habet
super corpo-
ra similia
humanis.*

Cap. 30.

Aug. in 2.

lib. retracti

dixit. demo-

nnes aliquan-

do hominum

dispositiones

non solum vo-

lentientes verbis

Augustini. qui dicere videtur,

ce prolatas,

verū e tam

cogitat one

conceptas,

cum signa

quadam ex

animo ex-

primuntur

in corpore

tota faciliz-

rare perdis-

cere. Tunc

rem dixi oc-

cultiissimam

audacioris

assertione

quā debui:

August. 10

in princip.

de Genesi ad

literam.

Ibidem pau-

lo inferius;

in eis elementum

aptius ad faciendum,

q̄ ad pa-

tiendum. Ad patiendum enim humor & hum'

ad faciendum, aer & ignis aptitudinem p̄bent. Trans-

gresso-

VTRVM ANGELI OMNES CORPO-

re sint: Quod quibusdam visum est, quibus Augustinus cō-

sentire videtur, dicens angelos omnes ante casum habuisse

corpora tenuia & spiritualia: sed si in casu mutata

in deteriorius malorum corpora, vt in

eis possent pati.

DISTINCT. VIII.

*S*oleat etiam in quæst. versari apud doctos, utrū angelis omnes boni, scil. ac mali corporei sint, i. corpora habeant sibi unita. Quod aliqui putant, non solum vo- innitentes verbis Augustini, qui dicere videtur, q̄ angeli omnes ante confirmationem, vel lapsum corpora aere habuerint de puriori ac superiore aëris parte formata, ad faciendum habilia, nō ad patiendum: & angelis bonis qui persistērunt, talia sunt obseruata corpora, vt in eis possint facere, & pati: que tantæ sunt tenuitatis: vt à mortalibus videri nō valeant, nisi supernestita aliqua crassiori formâ: qua assumpta videntur, deposita quævideti definunt. Angelis vero malis mutata sunt in causa corpora in de:riorem qualitatē spissioris aëris. Sicut enim à loco digniori in inferiorem locum id est, caliginosum aërem, deiecti sunt: ita illa corpora tenuia mutata sunt, & transformata in de:riora corpora & spissiora, in quib⁹ pati possent à superiori elemento, i. ab igne. Et hoc Aug. sensisse videtur super Gen. ita dicens: Dæmones dicuntur aerea animalia, qui corporū aëreorum naturā vi- de Genesi ad gentes: nec per mortem dissoluuntur, quia præualeat literam. in eis elementum aptius ad faciendum, q̄ ad pa-tiendum. Ad patiendum enim humor & hum' ad faciendum, aer & ignis aptitudinem p̄bent. Trans-

gressores vero angeli cum principe suo nunc dia-
bolo tunc archangelo, nō mirum si post peccatū,
in hanc caliginē detrusi sunt. Neq; etiam hoc mi-
rum est, si conuersi sunt ex p̄na in aëream quali-
tatem quā possunt ab igne pati. Caliginosa tamē aë-
ris tenere tantum promissi sunt, qui eis carcer sit us-
q; ad tempus iudicij. Ecce his verbis videtur Aug.
ita tradere quod quidā opinantur de corporib;
angelorum. Hoc autē eum alii dixisse astruunt nō
ita sentiendo, sed opinionē aliorum referendo,
quod ex ip̄s verbis dijudicare volūt: quib; ait:
Dēmones dicuntur aerea animalia: nō ait, sunt, i-
ta n. quidam dicebant. De habitatione vero cali-
ginoli aeris, in quem detrusi sunt non opinando,
sed rei veritatē afferendo eum tradidisse dicunt,
quod ipsius locutionis distinctio ostendit. Dicūt
quoq; plurimos catholicos tractatores in hoc cō-
uenisse, atq; id concorditer docuisse, quod angeli
incorporei sint, nec corpora habent sibi vnitā af-
sumant aliquando corpora Deo preparante,
ad impletionē ministerii sui sibi à Deo iniuncti, e-
ademq; post expletionē deponunt: in quibus cor-
poribus hominib; apparuerunt atq; locuti sunt.
Et aliquando quidem locuti sunt ex persona Dei
sine distinctione alicuius personæ: aliquando ex
persona Patris, vel Filii siue Spiritus sancti.

*Quod Deus in corporalibus illis antiquis formis
apparuit.*

B

Nec dubitandum est Deum in corporalibus for-
mis apparuisse hominibus, sicut August. in 2. li. de Cap. 7.
Trinit. ostendit, conferens diuersa scripture testi- lib. 2.
monia, ex quibus Deum in corporeis figuris ho-
minibus apparuisse probat: & aliquando ex persona

Dei sine distinctione: aliquādo sub distinc-
tione personarum sermonem ei-
factum esse,